



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 28. Anglorum querelæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

mates haud consensisse causabantur. Vi- Sæcul. XIII.  
debantur Regis Joannis donationem tan- A. C. 1245.  
gere. Conquesti etiam de Curiæ Roma- p. 663.  
næ exactionibus, epistolam nomine to-  
tius Angliæ Papæ scriptam legi curabant,  
cujus hæc erat summa.

## §. XXVIII.

*Anglorum querelæ.*

*Ecclesiæ Romanæ matri nostræ æquum sub-  
sidium tributarium, quod denarium S. Pe-  
tri vocamus, a longo tempore pependimus:  
sed illo contenta non fuit, & postea tam  
per Legatos quam per Nuncios suos alia  
tributa petiit, quæ liberaliter contulimus.  
Nec ignoras, Majores nostros condidisse ac  
dotasse monasteria, iisque jus designandæ  
Parochos quosdam tribuisse. Verum an-  
tecessores tui, ut ditarent Italos, quorum  
numerus siebat nimius, his illorum paræcias  
assignarunt, quarum nullam isti curam ge-  
runt, sive directionem animarum, sive cœno-  
biorum, e quibus pendent, defensionem spe-  
ctemus. Non exercent hospitalitatem, non  
eleemosynas largiuntur, percipiendis tantum  
& ex Regno asportandis fructibus in-  
tenti non sine damno nostrorum fratrum  
& propinquorum, qui possidere hæc bene-  
ficia deberent, ac per se, non per alios ad-  
ministrarent. Hi vero Itali, ut rem dica-  
mus, quotannis ab Anglia supra sexages  
mille*

**Sæcul. XIII.**  
A.C. 1245.

*mille selibras argenti accipiunt ; nec ipsi Regi suo tantam illa summam dependit.*

*Cum thronum Apostolicum conscendisse, te rem tam indignam correcturum esse sperabamus. Sed e contrario nostra onera increverunt. Doctor Martinus mper sine permisso Regio Angliam intravit tanta cum potestate, quantam nullus unquam Legatus habuit, quamvis hunc ille titulum sibi non adscribat. Vacua beneficia supra triginta selibras ferentia in Italos contulit, pro quibus, cum essent mortui, alios substituit insciis Patronis, qui suum eligendius violatum dolent. Etiam de aliis ejusmodi beneficiis statuere vult, eaque sancta Sedis arbitrio reservare, postquam vacavrint. Extorquet a Religiosis pensiones nimias, in obstantes interdicta & anathemata jaciens. Non credimus, eum tuo jussu sic agere, & ut remedia prompta adhibeas, supplicamus, alioqui tales vexationes diutius ferendo pares non futuri. Lecta hac epistola magnum tenebatur silentium : & Papa, quantumvis instarent Legati Angliæ, nihil reposuit aliud, quam tanti momenti negotium maturam poscere deliberationem.*

p. 665.

### §. XXIX.

*Sententia contra Fridericum.*

p. 640.

**T**um Thaddæus Sueßius, Papam contra Imperatorem sententiam dictum

rum